

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Icones sive imagines virorum literis illustrium**

**Reusner, Nikolaus**

**Argentorati, 1587**

Ioannes Bvgenhagivs Pomeranus

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](#)

IOANNES BVGENHAGIVS PO-  
meranus, Eccles. Viteberg. Pastor.



*Quo doctore fidem profitetur Dania Christi:  
Iesse& Cithara laus Pomeranus eram.*

M. D. LIX.

IOANNES BVGENHAGIVS POME-  
ranus, Iulini natus anno M. CCCC.

XXCV:

Primo studiorum tyrocinio Gryphisualdiaæ  
in Academiâ factus;

Literator iuuentutis primum Treptæ factus;  
ac dein Presbyterorum adiunctus  
Collegio;

Lectionibus operam dans sacris, & concionib.  
popularib:

Demum Christianismo per Lutherum instau-  
rato, Vitebergam euocatus, anno  
M. D. XI:

Summus Ecclesiæ Pastor, & Academiæ  
Professor factus;

Quâ in statione ille totos annos XXXIV. sum-  
mâ tûm fide, tûm diligentia vbiique præ-  
stata, constantiss. perseverauit:

Ab omni prorsus alienus ambitione, & avaritia:  
Quum ad splendidos Pontificatus suscipien-  
dos à summis Regib. & Principib. sæ-

piùs inuitaretur:

Plerisque interim Ecclesijs Septentrionalibus,  
Daniaæ, Pomeraniaæ, Saxoniam pè recteque  
constituendis, operam præstans fidelem;

Tanquam Legatus Dei, & Euangelista sanctiss.  
Beata sui memoriâ relicta,

Obiit placidè Vitebergæ, a unum agens vitæ  
LXXIII: XX. Aprilis, Anno  
M. D. LVIII.

IN IOANNES BVGENHAGIVM PO  
meranum Theologum.

PHILIPPI MELANTHONIS.

Coniugis ut senio confecti corpus aquatum  
Ipsa suis humeris Halcyo grata gerit:  
Sic benè promeritum doctorem Ecclesia curet:  
Et leuet atatis pondera dura seni.  
Sic tua canities, Doctor Pomerane, fidesq;  
Sincera est cunctis iam veneranda pjs:  
Qui procul externis sparsisti fidus in oris  
Pura Euangelij semina voce tuâ.  
Ac ceu Baptistes agnum monstrare solebat  
Aeterno Christum de genitore satum:  
Tu quoque iustificâ docuisti agnoscere Christum,  
Aeterniq; Patris sumere dona, fide:  
Fictiliumq; alias formas tua lingua deorum  
Euerit, Papæ quas voluere coli.  
Et velut in scopulis celos locat Halcyo nidos,  
Hyberni circum quos fremit vnda maris:  
Sic medio in pelago felix iam Dania nidos  
Extruxit Christo, te fabricante, pios.  
Te Deus hos inter texit iuuitq; labores:  
Nunc vitâ functus viuis in arce poli.

O

# IOANNIS LAVTERBACHII.

Opus Dei peccantium conuersio.

Ferrea quod domui cœlesti pectora voce:  
A Christo patris est quæ pates facta sinu:  
Humanorum operum mersos errore fideles,  
In veram potui quod reuocare viam:  
Quod rigidos spinis solitus sum flectere dumos:  
Nomen ab officio quod mili sat a volunt:  
Clandestina pī Flatus operatio Christi,  
Ingenij proprium non fuit istud opus.  
Organon est hominis studium, non causa: benignæ  
Sed Triados, multis quod data vita fide est:  
Ferrea corda potest confringere concio verbi,  
Errores, dumos, prauaq; cuncta, Dei.

## ANONYMI.

Si sic docendo flexiles  
Mouere mentes quiueris:  
Lenti ut solent curuescere  
Dumi (id sonat vis nominis)  
Tum laude maior qualibet  
Sis iure habendus omnibus.